Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



puit a raptore iniquo. ut proprio nos redderet domino. Tunc & enim nos
xp̄c eripuit de presenti seculo nequam. cum nr̄am inuitiis enutritam ī meli
orem mutauit uitam. cum conuersationem nostram uitantum mutauit in
melius. erexitq; sublimius. ut cum paulo dicere possimus. nr̄a autē conuersa
tio in cęlis est. Merito ergo suam & eorum conuersationem in cęlis ēē dicit paulus.
qui relictis terrenis. toto desiderio cogitant de celestibus. & mente pura atq; de
uota. non ea quę sunt terrena. & caduca. s; ea desiderant. quę sunt cęlestia &
ęterna. Voluntas enim dī patris fuit. ut dominus ihs xp̄c pro nostris tradere
tur peccatis. & uoluntas fuit xp̄i. ut patris faceret uoluntatem. sicut idem do
minus per ꝓphetam ait. Vt facerem uoluntatem tuam deus meus uolui. Ipsi⁹
enim sumus factura. creati in xp̄o ihū. in operibus bonis. quę preparauit deus
ut in illis ambulemus. hoc est. quod uiuimus. quod speramus. quod intelliga
mus. & credere possumus. ipsius est. quia ipse conditor nr̄: nos autem factura
eius sumus. Ad hoc enim nos creati dicimur in xp̄o ihū. creati utiq; non quia
ante non fuimus. s; renati in xp̄o. ut creati in operibus bonis. ut quę preparauit
deus in illis ambulemus. in caritate radicati & fundati. Caritas xp̄s est. & in cari
tate id est in xpisto radicati & fundati ita ēē debemus. ut in eius amore firmit̄
perseueremus. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id q̄d
positum est. quod est xpistus ihc. Veritatem autem facientes. in caritate cres
camus in illo per omnia. qui est caput xp̄c. Veritas enim xpistus est. & caritas
xp̄s est. & iusticia. & sanctificatio & pax xpistus est. Qui ergo hęc om̄a quę xp̄c
est facit. insup̄ & mandata eius custodit. ueritatem facit. & in caritate: id est
in xpisto cottidie crescit. De eo qd̄ apl̄s ait. Sp̄m nolite extinguere.
. Lxxii.

Ac si dicat. Spiritus sancti gratiam
quam baptiʒhati permanus inpositionem & crismatis accepistis unc
tionem nolite praue uiuendo extinguere. s; eam integram & in
uiolatam in ur̄o corde & corpore seruate. Vnde & ad ephesios idem ait apl̄s.
Nolite contristare sp̄m sanctum dī. in quo signati estis in die redemptionis. Sig
naculum enim sancti sp̄s in die quo baptiʒhati sumus. & confirmati accepimus.
quod utiq; fideliter seruare debuimus. Hoc ḡ signaculum sancti spiritus. ido
qui credit deo. signatur ab illo. ut seruet illud. & ostendat illud in die redempti
onis purum. & sincerum. & nulla parte mutilatum. Vnde & iohs apostolus ait.
Et uos unctionem quam accepistis ab eo. maneat in uobis. Ac si diceret. Hoc do
mino adiuuante procurate. Vt spiritus sancti gr̄am quam in baptismo conse
cuti estis. integram uestro in corde & corpore seruetis. & hoc sit spiritū nolite